



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 43. S. Perpetuus. S. Lupus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

§. XLIII.

Sæculum V.
A. C. 476.*S. Perpetuus. S. Lupus.*

Sanctus Perpetuus post hæc annos circiter quindecim, nempe usque ad annum 491. in vivis fuit, & nihilominus

Testamentum ejus habemus sub idem tempus, prima Maji, post Consulatum Leonis junioris, id est, anno 475. conditum, in quo aliquot mancipia manumittit, Debitoribus, quæcunque debebant, dimittit, Ecclesiæ suæ agros aliquot, & libros suos legat. Successori suo Supellectilem cubiculi sui, & Sacristiæ legat, & duobus Presbyteris, quos deposuerat, & restitui prohibet, pensionem ex Bonis suis solvendam. Hæredes autem instituit pauperes. Credibile est, ipsum posteriore tempore aliud scripsisse Testamentum, quo, ut S. Gregorius Turonensis refert, singulis Ecclesiis sua ætate in hac Diocæsi ædificatis, Bona sua, quæ in illis locis possidebat, donatione relinquit; Nam Gregorius sub quolibet Antecessorum suorum oppida, & vicos enumerat, ubi novæ Ecclesiæ fundatæ. S. Perpetuus jejunia, & Vigilias totius anni, & in quibus Ecclesiis illas celebrare oporteret, ordinavit. Sedit annis triginta, & ejus memoriam octava Aprilis colit Ecclesia.

Ap. Boll. 8.
Apr. tom. 9.

p. 750.

Greg. X.
hist. 6. 31.

Mart. Rom.
8. Apr.

S. Lu-

Sæculum V. S. Lupus Trecensis adhucdum Lucæ
 A. C. 476. fruebatur, quem Sidonius Patrem Pa-
VI. ep. 1. trum, Episcopum Episcoporum, & Gallia
ibid. ep. 9. Pontificum facile primum appellabat.
 Haud diu postquam Sidonius Episcopi
epist. 1. munus subiisset, S. Lupus ad eum litte-
 ras dedit. Respondit Sidonius Gratias
 pro Benevolentia agens in ejusmodi ver-
 ba, ex quibus dispicitur, quam magni
 S. Lupum æstimaret, & quam parum se
 ipsum Episcopatu dignum crederet. Tunc
 autem annis quadraginta quinque Episco-
 patum gerebat S. Lupus, ex quo sequitur,
Sup. XXV. fuisse annum 472. cum anno 427. ut suo
§. 15. loco diximus, fuerit ordinatus. Super-
 vixit annis septem, & ad cœlestia tran-
 sivit anno 479. cum annos 52. sedisset.
 Ecclesia 29. Julii ejus memoriam colit.
 Multos post se reliquit Discipulos, & in-
 ter alios S. Polycronium, Episcopum Ve-
Martyr. R. rodunensem, S. Severum Episcopum Tre-
29. Jul. virensensem, primæ Germaniæ (*) Aposto-
 lum, & S. Aubinum, Episcopum Cabillo-
 nensem, qui ex obsessis corporibus Dæ-
 mones ejiciebat. Eodem Dono S. Poly-
 cronius claruit. S. Lupi in Sede Tre-
 censi Successor fuit Camelianus, ejusdem
 virtutum imitator egregius.

§. XLIV.

(*) In Romano Imperio majores Provinciæ in
 plures Regiones dividi solebant, quæ deinde pri-
 mæ, secunda, vel tertia dicebantur.